



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Spex duplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Spes duplex.

Prima est detestabilis, quæ triplex est. Prima est maledicta, quæ Deum in Deo offendit, qui de magnitudine misericordiæ eius confidit. Bernard. Est infidelis fiducia, soluis itaque maledictionis capax; cum uidelicet in spe peccamus, hic peccat in bonitate dei. Rom. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contempnis? Secunda est falsa, scilicet, cum aliquis sperat se facturum pœnitentiam cum noluerit, promittens sibi longam uitam. Ecclesiasticus. Repromissio nequam multos perdidit. Isa. Posuimus mendaciu spẽ nostrã. Tertia est uana, cû fiducia ponenda in creatore in creatura ponatur. Hier. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Vnde. Psal. Bonum est confidere in domino quàm confidere in homine, &c. Secunda spes est commendabilis, quæ in duobus consistit. Primo si in solo deo spes ponatur. Hest. 14. Exaudi uocem illorum, qui nullam aliam spem habent. Secundo si in tribulatione spes non deficiat, sed uires suas ostendit. Iob. Etiam si occiderit me, in ipso

Bernard.

Rom, 26

Ecccl, 19
Isa, 28.

Hier, 17
Psa, 117

Hest, 14

Iob, 13.

R. §

Pfal. 26 sperabo. Psal. Si exurgat aduersum
me castrum, uel prelium, non time-
bit cor meum, &c.

Securitatē inducunt quatuor.

Primum est puritas conscientie.
Conscientia pura merito securitas
est, cum à peccato purgata sit,
propter quod solum timendum est.
Bernar. Vnde Bernardus. O uita à peccato se-
cura ubi absque formidine, & excipi-
tur cum deuotione. Secundum est
Gregor. diuturnitas pœnitentiæ. Gregorius.
In pœnitente cum longa mœroris an-
xietate fuerit formido consumpta,
quædam iam de præsumptione ueniæ
securitas nascitur. Tertium est con-
Gregor. temptus boni transitorij. Gregorius
Mira securitas cordis, aliena non que-
Augus. rere. Et P. Augusti. Nemo securus
in his bonis, quæ potest inuicis a-
mittere. Idem. Qui bona transitoria
contemnit, mala pœnæ transitoria
non metuit. Quartum est integer a-
mor interni, & æterni boni.

Securitas reprehensibilis.

Reprehensibilis securitas est
eorum, qui ita sunt securi quia
si iam triumphassent. Eccles.